

LATIN 1B

Reading Packet:

DE DEIS ET DEABUS

By Dr. Nelson

DE DEIS ET DEABUS #1: FILII ET FILIAE SATURNI

In caelo sunt multi dei et multae deae. Dei et deae in *Olympos* habitant. Inter deos, magnus dominus et magister est **Jupiter**. Jupiter *fulmen* tenet et *nebulas* vocat. **Juno** est regina deorum. **Neptunus** est deus superbus aquarum. **Ceres** est dea frumenti. **Vesta** est dea pudica *foci* et *domi*. **Pluto** non in Olympo habitat, sed sub terra est. Pluto est deus et dominus animorum *mortuorum*.

Jupiter, Neptunus Plutoque sunt filii Saturni et Rheae. Juno, Vesta Ceresque sunt filiae Saturni et Rheae. **Saturnus** erat dominus Titanorum. **Titani** erant dei antiqui ante annos deorum Romanorum. Saturnus filios timebat quod *oraculum* deum monebat. Itaque Saturnus Neptunum, Plutonem, Vestam, Cerem, et Junonem *consumpsit*. **Rhea** *Jovem* in perfugium *posuit* et salvus erat. Postea, **Cyclopes** arma et tela *Jovi* dabant. Jupiter Saturnum *superavit* et ex Olympo *expulsit*.

Graeci miseri *dicunt* Saturnum esse sub terram in *vinculis* acerbis. Romani *dicunt* Saturnum beatum movere ad agros bonos Italiae. In Italia Saturnus erat dominus per multos annos. In Italia, filius Saturni erat **Faunus**, deus *silvae*.

NOTAE:

All boldfaced words are proper names in their nominative case (at their first appearance) and don't need to be translated. All italicized words are new vocabulary or new forms and are explained below.

Declension of Jupiter:

Nom Jupiter Gen Jovis Dat Jovi Acc Jovem Abl Jove

Vocabulary:

Olympus, Olympi m. "Olympus"

Fulmen, fulminis n. "lightning bolt" –3rd declension

Nebula, nebulae f. "cloud"

Focus, foci m. "hearth"

Domus, domi m. "home" irregular noun

Mortuus, -a, -um "dead"

Oraculum, oraculi n. "oracle"

Consumpsit "he/she/it ate"

Posuit "he/she/it" put

Superavit "he/she/it conquered"

Expusit "he/she/it expelled"

Dicunt "they say"

Vinculum, vinculi n. "chain"

Silva, silvae f. "woods"

DE DEIS ET DEABUS #2: BELLA DEORUM

Bellum primum in caelo erat inter deos et Titanos. Jupiter erat magister belli deis, et Atlas erat magister Titanorum. Jupiter Titanos superabat et poenam dabat. Jupiter narrabat: “Atlas ad finem mundi movebis et ibi caelum portabis. Saturnum ex Olympo prohibebo et jacebit sub terram.”

Bellum secundum deorum erat inter deos et Typhonem. Typho erat monstrum superbum et magnum. Dei, praeter Jovem, Typhonem timebant. Itaque Jupiter Typhonem sine auxilio oppugnabat. Typho Jovem superabat et in cavernam portabat. Sed Apollo et Mercurius cum sapientia et patientia Jovem liberabant. Jupiter Typhonem necabat.

Bellum tertium deorum erat contra Gigantes. Erant duo Gigantes—alti et magni. Gigantes deos superabant et Juno narrabat “Gigantes nostrum regnum delebunt! Tela nostra non Gigantes nocebunt!” Dei igitur insidias creabant. Unus Gigas alium Gigantem necabat.

Bellum quartum deorum erat contra Aeolides. Erant duo Aeolides. Viri magni erant cum serpentibus in loco pedum. Oraculum narrabat “Dei Aeolides neque nocebunt nec necabunt.” Adeo, Dei Herculem vocabant necare Aeolides. Quod Hercules non erat deus, necabat Aeolides.

NOTAE:

Titani, Titanorum m. “Titans”

Atlas, Atlantis m. “Atlas”

Finem: “the end” accusative case

Typho (nom), Typhonem (accus) : “Typhon”

Jovem “Jupiter” (acc)

Apollo et Mercurius “Apollo and Mercury”

Caverna, cavernae f. “cave”

Gigantes “Giants” (nom and acc plural form)

Gigas “Giant” (nom sing) Gigantem “Giant” (accu. Sing)

Juno “Juno”

Aeolides “Aeolides” (nom and accu plural)

Serpentibus “snakes” (ablative plural)

Pedum “feet” (genitive plural)

Oraculum “Oracle”

Hercules “Hercules” (nom) Herculem “Hercules” (acc)

Unus “one” Alium “the other” Duo “two” primum “first”, secundum “second” tertium “third” quartum “fourth”

DE DEIS ET DEABUS #3: Apollo et Diana

Jupiter deam Latonam amabat. Juno non laeta erat. Juno Latonam nocere laborabat. Itaque Latona Junonem vitare egebat. Latona ad oraculum ambulabat et oraculum dicebat, “mox filiam et filium habebis, sed non in terra et non in aqua.” Latona erat acerba et clamabat “Quo errabo et quomodo auxilium habebo?”

Sed Postea Latona insulam Delon videbat; Delos errabat et non locum firmum in aqua habebat. Delos igitur non erat terra et non aqua. In insula filia et filius Latonae Jovisque mox patebant. Filius erat deus Apollo. Filia erat dea Diana. Erant gemini. Latona orabat, “Gaudeo, quod maximi erunt et gloriam Latonae dabunt.”

Apollo est deus candidus. Apollo serpentem Pythonem necabat et templum Delphorum liberabat. Deus poetarum, solis, et oraculorum erat. Diana est dea bella. Dea locorum pristinorum, silvarum, et lunae erat. Apollo maximus deus nisi Jupiter solus est.

Notae:

Jupiter, Jovis m. “Jupiter” king of gods

Latona, Latonae f. “Latona” the name of a goddess

Juno, Junonis (acc. Junonem) “Juno” queen of the gods

Oraculum, oraculi n. “oracle”

Delos (nom), Delon (acc), “Delos” a Greek island

Apollo, Apollonis m. “Apollo”

Diana, Diana f. “Diana”

Gemini, geminorum m. “twins”

Serpens, serpentis (acc Serpentem) “snake, serpent”

Pytho, Pythonis (acc Pythonem) “Python” name of a mythological dragon

Silva, silvae f. “forest”

Sol, solis m “the sun”

Solus, sola, solum “sole, only”

Maximus, -a, -um “greatest”

De Deis et Deabus #4 Filii Jovis

Magnus deus Jupiter multos filios habet. Apollo erat primus filius. Filius secundus erat Mercurius. Mercurius erat filius Jovis et deae Maiae. Mercurius, ubi novus erat deus, boves Apollonis rapiebat. Apollo boves spectabat, et mox invenit. Apollo Jovi dicebat

“Deus novus meas boves rapiebat. Debes poenam dare! Non deus aut vir ex filio Jovis rapere debet.”

Sed, Mercurius dicebat:

“sum quoque filius Jovis. Lyram pulchram Apolloni dabo pro bovibus.”

Lyra musicam bellam facit. Apollo laetus est. Mercurius igitur et Apollo erant amici.

Hercules quoque erat magnus filius Jovis. Hercules non erat deus, sed vir. Hercules multa monstra necabat. Jupiter Herculem in deum facit, post exitium Herculis.

Bacchus erat deus et filius Jovis. Bacchus erat deus vini et semper laetus erat. Ad Asiam et Indiam errabat cum turba feminarum non sanarum. Perseus quoque filius Jovis erat, vir non deus. Medusam, malum monstrum, necat.

NOTAE

Apollo: Nom Apollo, Dative: Apolloni, Genitive: Apollonis

Lyra, Lyrae f: lyre (a type of musical instrument)

Boves: cows Bovibus: cows (dat/abl plural)

Hercules: nominative, Herculis: genitive, Herculem (ACC)

Monstrum, monstri n. “monster”

De Deis et Deabus #5 Filiae Jovis

Magnus deus Jupiter multas filias habet. Minerva erat prima filia. Minerva gnata est ex capite Jovis, quod Minerva est dea sapientiae et philosophiae. Minerva magnum scutum portabat. Graeci scutum “aegis” vocabant. Caput monstri Medusae est in scuto. Minerva est dea belli, sapientiae, et artium.

Secunda filia est Diana, gemina Apollonis. Diana est dea lunae, animalium, et locorum pristinorum. Est pulchra, sed quoque irata dea. Diana multos necabat, si irata erat.

Tertia filia est Venus, dea amoris. Venus est bella et pulchra. Venus, autem, non sapientiam habet. Vulcanus Venerem in matrimonium duxit, sed Venus Martem, deum belli, amabat.

Quarta filia est Proserpina. Ceres erat mater Proserpinæ. Ubi deus mortuorum, Pluto, Proserpinam eripit, Ceres populos mundi nocet. Jupiter jubet Plutonem rursus dare Proserpinam Cerei. Sed, quod Proserpina cibum mortuorum consumpsit, non semper super terram habitabat.

NOTAE

Prima, Secunda, Tertia, Quarta: first, second, third, fourth
gnata est: was born

capite: head (ablative)

caput: head (nominative)

artium: arts (genitive plural)

gemina: twin

Apollonis: Apollo (gen sing)

animalium: animals (gen plural)

amoris: love (gen sing)

Venerem: acc sing of Venus

matrimonium duxit: led in marriage (i.e., married)

Martem: Mars (acc sing)

mater: mother (nom sing)

Ceres: Ceres (nom sing), Cerei (dative sing)

mortuorum: the dead (gen plural)

Pluto: Pluto (nom sing), Plutonem (acc sing)

cibum: food (acc sing)

consumpsit: ate

Special Reading Assignments

Magnum Oraculum

Olim dei orant, “laudabimus fungos.” Timebunt virum simii. Simii oppugnabunt viros feminasque. Fungi juvabunt viros feminasque. Sed morbus simiorum necabunt fungos. Dei negabunt juvare fungos. Populus Graeciae terrebit simios. Graeci cogitabunt simios esse malos. Virus Graecorum superabit simios. Simii non solebunt viro. Post annos multos simii remanent. Vir docet de magno oraculo. Magnum oraculum orat, “Simii erunt mortui.” Magnum igitur oraculum est verum.

CARMEN CASEO

Caseum est magnum. Caseum multa bella superat.
Caseum est vinum regni in caelo.
Impedimenta conciliorum magnorum sunt caseum.
Habere caseum dono magnum est.
Habere caseum telis est cupidum.
Populus antiquus Romae caseum in templo laudat.
Prae imperiis, multos annos pridem, erat nihil sed caseum.
Caseum est animus virorum.
Caseum est donum ex caelo.

Notes and Commentary:

This is an ancient hymn from the inscribed stones called “*Carmina Fratrum Bovialium*” which dates to the fifth century B.C. The depth of feeling and majesty of expression has rarely been equaled in the canons of Western literature.

Carmen: a third declension noun meaning “ode, poem or song”

Pridem: in this case it means “ago”